



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

13 Quem modum seruare debent inquisitores, & Episcopi in hæreticis
inquirendis, & puniendis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

ritus, & part. director. quast. 1. dixit Inquisitorem debere esse conuentione honestum, prudentiam circumspicuum, constantiam firmam, sacra doctrina fidei eminenter eruditum & virtutibus circumscriptum: quod ibi confirmat Pegna comm. 50. Simancas cathol. instr. tit. 34. rubr. de inquisit. Apostol. n. 9. & 10. & in practica. violat. relig. tit. 7. rubr. de inquisit. n. 2. Vmbert. Locat. in iudic. inquisit. verbo Inquisitor. n. 3. ubi adducit constitutionem Vrbani IV. incipientem, Prae cunctis, in qua haec qualitates minus verbis expostulantur. Quod si rogetur, an scientia Theologiae, vel iuris canonici polere debeat? Respondeo vtrique debere, Theologia, vt haereses cognoscat, iure canonico, vt causas, & licet decidere valeat: sic Azor 1. p. instit. lib. 8. cap. 18. quast. 3. Farinacius q. 186. n. 54. sine.

26 Sed quid dicendum de commissariis Inquisitorum, & Episcoporum? Glossa, & Ioann. Audr. in dicta Clement. 2. de haereticis, eandem aetatem, & qualitates expostulat, ac in Inquisitoribus quia loco Inquisitorum substituitur, & substitutus aetatem principalis sapere debet. parabolam, C. de Episcopis, & clericis. Ceterum dicendum est iustitiae annum 30. attingere, quae aetate statuta est a Clemente VII. in constitutione incipiente Cum fecit, relata a Pegna inter litteras Apostolicas, cuiusque meminit ipse in director. 2. part. quast. 13. & 16. comment. 62. & 65. ubi inquit Pontifex Decemum inlape, vt vellos vicarios sine commissariis institueret, valeat viros scientia probos, pios, aptos, & idoneos, dummodo aetatis trigessimum annum attigerint, sic no. ant. Vmbert. Locat. in iudic. inquisit. verbo Inquisitor. n. 4. in fine. Ioan. Azor. 1. p. lib. 8. c. 18. q. 4. vers. quae ad Molin. de iustit. traet. 5. disp. 28. in fine. num. 23. Neque enim est innotem aetatem in com. n. s. laro. quum Inquisitorum requirit, cum raro illis com. mittatur in egra Inquisitorum potestas. De aliis autem qualitatibus constare debere esse doctos, probos, & idoneos officio exercendo. Quapropter semper solet eligi clericus qui in illa ciuitate, & Ecclesia aliquam dignitatem praerogatiuam habeat: sic Farinacius quast. 186. num. 55.

PUNCTUM XIII.

Quem modum seruare debeant Inquisitores, & Episcopi in haereticis inquirendis, & puniendis.

1. Statuitur a Bonifacio VIII. in Clem. v. aliisque Pontificibus
2. Iurisdictio delegata Inquisitoribus, non derogat iurisdictioni diocesani Episcopi.
3. Citatus ab Inquisitore. & ab Episcopo pro eodem tempore, potest comparere coram quo maluerit si exemptus sit, si tamen subditus Episcopi, communis sententia defendit debere coram Inquisitore.
4. Non caret probabilitate posse adire, quem maluerit.
5. Commissarius citatio praeferenda ne sit citationi ordinarij? Sub distinctione respondetur.
6. In Hispania cessat haec controuersia.
7. Si Inquisitor, & Episcopus diuisim procedant, debent sibi communicare processus.
8. Non potest Inquisitor sine ordinario, neque ordinarius sine Inquisitore reum trahere duro carceri.
9. Item utique tormentis subiacere.
10. Neque prius Inquisitor sine Episcopi consensu priuare reum beneficiis acquisitis.
11. Obligatur Episcopus requirere Inquisitorem, & Inquisitor Episcopum, quoties vnus sine alio procedere non potest.
12. Quid si requisitus non comparere vel non vult venire, &c.
13. Quando ha. obligatio requirendi tum in Inquisitore, tum in Episcopo procedat.
14. In Hispania nullus haereticus relaxatur, nisi consilio supremi Senatus.
15. Quid faciendum cum Episcopus, & Inquisitor discordant.
16. Suspectum de haeresi non potest Episcopus sine Inquisitore aut e contra ad aburationem cogere.
17. Neque haereticum penitentem.
18. Quid si de facto sic fuerit coactus aburari, & deinde in haerem incidit, non contrahit poenae relapsi.
19. Sententiam absolutam tum definitiuam tum interlocutoriariam in Hispania non potest Episcopus sine Inquisitore, aut e contra proferre eadem censu iure communi.
20. Proponitur contraria sententia, & validissime probatur.
21. Penitentiam iniunctam ab Inquisitore, & Episcopo, non potest vnus illorum mutare. Et quid in Hispania.

1. Bonifacius VIII. in cap. per hoc de haeret. in 6. respondet littere facta in aliqua prouincia, ciuitate, vel diocesi, nihil diocesanis Episcopis derogat, quin & ipsi autoritate ordinaria, vel delegata procedere possint. Deinde subdit, vt inquisitionis negotij cunctis, melius, vtiliusque procedat possunt Episcopus, & Inquisitor commaniter, vel diuisim inquirere citare, capere, carceri includere haereticos, testes examinare, & alia quae ad sententiam requiruntur. Sententia autem per vtroque simul proferenda est, ad cuius prolationem, si diuisim processerint, tenentur sibi iniunctim

communicare processus, vt per hoc possit melius veritas inueniri quod si in sententia ferenda non conuenierint per vtroque negotium sufficienter instructum ad Sedem Apostolicam remitti debet. Sive autem ordinaria, sive delegata Episcopi potestate procedant, receptum Inquisitoribus modum a iure communi, & Sedis Apostolicae rescriptis obseruare tenentur Clemens vero V. in Concilio Viennensi, in Clement. 1. multorum, de haereticis, postquam retu it multorum querelas, quod Inquisitores metas suae iurisdictionis excederint, in fideliu detrimentum subiungit, vt negotium inquisitionis huiusmodi eo prosperetur felicius, & cautius peragatur ipsum tam per diocesanos Episcopos, quam per Inquisitores a Sede Apostolica deputatos (omni carnali amore, odio, vel timore, ac cuiuslibet commodi temporalis affectione semotis) decernimus exerceri sic quod quilibet de praedictis sine alio citare possit, & arrestare, siue capere, ac tutae custodiae mancipare, ponendo etiam in compedibus, vt manibus ferrei: si ei visum fuerit faciendum, super quo ipsius conscientiam oneramus, nec non inquirere contra illos, de quibus pro huiusmodi negotio secundum Deum, & iustitiam viderit expedire. Duro tamen tradere carceri, siue arcto, qui magis ad poenam, quam ad custodiam videatur, vel tormentis exponere illos, aut ad sententiam procedere contra eos, Episcopus sine Inquisitore, aut Inquisitor sine Episcopo diocesano, aut eius officiali, vel episcopali Sede vacante Capituli super hoc delegato, si sui ad inuicem copiam habere valeant, intra octo diebus praetium postquam le inuicem requisierint non valebit, & si secus praesumptum fuerit, nullum sit, & irritum ipso iure. Verum si Episcopus, vel eius Capituli Sede vacante delegatus cum Inquisitore, aut Inquisitor cum altero eorundem propter praemissa nequeat, aut nolit personaliter conuenire, possit Episcopus, vel eius, seu Capituli Sede vacante delegatus Inquisitor, & Inquisitor Episcopo, vel eius delegato, seu Sede vacante illi, qui ad hoc per Capitulum Sede vacante fuerit deputatus, super illis committere vices suas vel suum significare per litteras consilium & consensum. Haec in dictis textib.

2. Ex his inferitur primo iurisdictionem delegatam generaliter Inquisitori pro aliqua diocesi non derogare iurisdictioni diocesani Episcopi quia vtrique in solidum concessa est. Secus vero dicendum esset, si commissio restricta esset ad certas personas, certaque haeresis crimina, quia per illam specialem commissionem ordinariorum, alioquinque Inquisitorum potestas censetur restricta: sic glossa in d. cap. per hoc, verbo generaliter, de haeret. in 6. & ibi Ancharan Gem. Archid. ac. Imola Zan. bella, Bonifac. Vitalin. quos refert, & sequitur Farinacius q. 89. n. 59.

3. Hinc oritur quaestio, an citatus ab Inquisitore, & ab Episcopo pro eodem tempore teneatur coparere coram Inquisitore, omisso Episcopi citatione, vel possit eligere quem maluerit? Et quidem si Episcopus non iure proprio sed ex delegatione procedit, quis citatus exemptus aliis est ab eius iurisdictione, tunc certum esse potest citatum eligere quem maluerit, cum non possit coram vtroque simul comparere: sic Ioan. Azor. 1. p. lib. 8. c. 18. q. 8. Laelius Zech. 1. p. sum. 111. de fide, rubr. de haeretic. c. 11. n. 13. vers. secundo dicendum est Farinac. q. 186. n. 95. Ne autem in hoc casu videatur mandatum vnus contemnere expedit comparere coram vno, coram alio procellari impotentiam comparandi, etsi ad id non teneatur: sic Eymer 2. p. direct. q. 5. m. 3. At si Episcopus, (et idem est de quolibet alio iurisdictionem episcopalem habente) procedat aduersus sibi subditos, & conuenienter ex iurisdictione propria communis sententia tenet debere citatum coram Inquisitore coparere: sic multis relatis docet Pegna cum Eymer. direct. 3. p. q. 5. m. 4. & 5. com. 54. Simanc. cathol. instr. t. 4. 3. rubr. de modo procedendi. Ludou. a Paramo d. orig. sancta Inquisit. lib. 3. q. 4. rubr. de forma, & ordine iudic. Farinac. q. 186. n. 87. & seq. Azor. tom. 1. inst. moral. lib. 8. c. 18. q. 8. Mouentur, quia delegatus summi Pontificis vices summi Pontificis habet, & illum representat. Ergo ei obediendum est tanquam Pontifici praecipienti, quodlibet alio iudice posthabito. Ob quam rationem in c. sande, de offic. delegat. dicitur iurisdictionem delegati in causa delegationis maiorem esse qualibet alia iurisdictione. Cum ergo Episcopus in sibi subditos non tanquam delegatus sed tanquam ordinarius procedat, Inquisitor autem procedat, vt Pontifex delegatus: efficitur sane citatum comparere debere coram Inquisitore, & non coram Episcopo Et confirmo ex l. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictione, vbi dicitur, qui mandatum iurisdictionem suscepit proprium nihil habet, sed eius qui mandauit iurisdictione vtiur. Ergo Inquisitor cui iurisdictione mandata est a Pontifice iurisdictione Pontificis vtiur, & non propria: at Episcopus vtiur iurisdictione propria. Ergo praualere debet Pontificia iurisdictione iurisdictioni episcopali.

4. Ceterum etsi haec sententia tenenda sit, & in praxi sequenda: probabilitate non caret liberum esse citato adire iudicem, quem maluerit, quia pares esse videntur Inquisitor, & Episcopus in iurisdictione, siquidem quilibet in solidum, & independenter ab alio reum citare, & examinare potest. Et cum vtrique ad proferendam sententiam iunguntur, & discordant, nullus praualer, aduersus alium, quae sunt signa aequalis iurisdictionis. Neque obstat c. xxviii. c. sande, de offic. deleg. & in suprad. l. 1. an videtur loqui de legato, cui demadata est iurisdictione priuatius respectu aliorum

DE
STR
ALAC
TONI

tum, non de delegato, cui cumulatiue cum ordinario, & in subdium, & adiutorium illius conceditur iurisdictione. Cum ergo Inquisitor hoc modo delegatus sit respectu Episcopi, seu episcopalem iurisdictionem habentis; efficitur neque esse illo superiorem, neque eius citationem citationi ordinarij præferri debere, & ita tenet Ludovic. Molin. *tract. 5. de iust. disp. 28. n. 17. vers. mihi sub aliorum iudicio.*

5 Sed inquiretur, an ex suppositione, quod Inquisitor sit ordinario superior, eiusque citatio præferenda, idem dicendum sit de commissariis? Communiter distinguunt Doctores inter commissarium electum ab Inquisitore, vel à Pontifice, Et de commissario electo ab Inquisitore negant superiorem esse ordinario, eiusque citationem citationi ordinarij præferendam. Mouentur ex doctrina Bart. in *l. filius. l. vicarius. l. filius. ff. de legationib. vbi videretur constitutus à rectore non gaudet priuilegiis, & immunitatibus rectoris; & consequenter commissarius ab Inquisitore constitutus non gaudebit eius immunitate, & priuilegiis; ac proinde non erit ordinario superior, neque eius citatio citationi ordinarij præualebit. Verum si commissarius ab ipso Pontifice eligatur, etiam si tunc subdelegatus sit, quia à Principe est subdelegatus, eandem cum delegato prærogatiuam habet, ex *l. vlt. C. de dignitatibus ord. seruatur. l. 12. C. l. si iuggerente. C. de officio eius, qui vicem alicuius iudicis obtinet.* & tradit Abbas, & Decius in *dicta. s. vlt.* & alij relati à Doctores statim referendis. Ergo sicut ipse Inquisitor superior est ordinario, & præuaret eius citatio, sic commissarius à Pontifice electus superior esse debet, & eius citatio præuaret; & ita tradit alios referens Pegna 3. *p. direct. q. 5. comm. 54. vers. n. aut.* Ioan. Azor. *p. l. 8. q. 9. vers. quæres in idem.* Farinac. *q. 186. n. 91.* Ceterum præter tantorum virorum credo probabilis commissarium, siue electum sit à Pontifice, siue ab ipsomet Inquisitore præferendum esse ordinario, si supponamus Inquisitorem ordinario præferri, Mouetur, quia subdelegatus delegati Pontificis summum ipsam Pontificem repræsentat, & vices ipsius gerit, sicut & ipse delegatus, & eisdem priuilegiis gaudet: quod constat. Quare si priuatiue delegatus cõcessa esset in aliqua causa iurisdictione, ipsæque alium substitueret substitutus procedere poterat cum iurisdictione priuatiu aliorum, ac poterat ipse delegans, & ac proinde sicut ipse delegans est superior, sic substitutus. Neque obstat doctrina Bartoli in *suprad. l. filius*, quia loquitur in casu loge distincto. Fateor, inquam, rectorem, seu iudicem ordinarium, si eligat substitutum extra causam necessitatis ratione morbi, vel absentia, & absque expressa Principis facultate non gaudere substitutum priuilegiis, & immunitatibus substituentis, nec dici debere iudicem ordinarium, sed delegatum. Verum si ex priuilegio Principis eligat substitutum, vt loco ipsius causas cognoscat, & decidat, eisdem priuilegiis, & prærogatiuis gaudet delegans: vt ipsomet Bart. tradit in *l. nec quicquam. §. vbi decretum. n. 6.* iunctis iis que dixerat, *obseruare. n. 3. C. 5. ff. de offic. proconsul.* & tradit pluribus relatis Maranta *de ordine iudic. p. 4. disp. 5. n. 17.* Cum ergo Inquisitoribus cõcessum sit à Sede Apostolica commissarios eligere, quibus suas vices integre committere possint, efficitur sanè eandem prærogatiuam electos habere ac habent ipsi Inquisitores eligentes, & ita tradit Molin. *tr. 5. de iust. disp. 28. n. 27. vers. se. quod sapientissimus, &c.**

6 Aduerto tamen in Hispania hæc dubitationem sublatam esse, eo quod ex recepta consuetudine, imò ex priuilegio Sedis Apostolicæ non possint ordinarij citare, capere, & in carcerem detrudere delinquentes, sed depositiones testium, seu denunciations, si aliquæ apud ipsos fiant, debent inquisitoribus transmitti, quibus in hac parte concessa est integra iurisdictione, & ab ordinarij sublata: sic docet Molin. *tr. 5. de iust. disp. 28. nu. 13. vers. ha. autem. C. n. 14. in fine.* & ex parte consentit Azor. cum Simanc. *lib. 8. c. 18. quest. 8.* Nam licet neget priuilegium esse à Sede Apostolica, affirmat tamen ex consuetudine, & præscripto Regis sic obseruari.

7 Secundò inferitur Inquisitore, & Episcopo procedente diuini (quod contingit, cum vtique procedit separatim formando diuersum, & distinctum processum) teneri sibi inuicem communicare processum, vt sic veritas melius eluceat, & sententia sine errore proferatur iuxta dictum textum in *c. per hoc.* Hæc tamen communicatio non solum est faciendâ in fine litis, quando nihil superest faciendum, nisi ad distinctiuam sententiam procedere, sed etiam quando vnus commodè procedere non potest, nisi visis processu, & actis alterius, & postulat sibi ostendi: in quo casu semel tantum (ne fraudi locus sit) in toto negotio copia tribuenda est: habetur expressè in *extranag. 1. de heret. inter cõmunes.* Vnde cum ad torturam rei Inquisitor sine Episcopo, neque Episcopus sine Inquisitore procedere non possit, vt dicemus, efficitur sanè tunc faciendum esse processus communicationem: aliàs imprudenter procederent non visis iudiciis; & probationibus ad torturam: sic Pegna 3. *part. direct. quest. 53. comm. 109.* Reperit. Inquisit. *verbo communicare. §. sed quomodo.* Vmbert. *Locat. in iudic. inquisit. in verbo tortura. n. 9.* Campeg. in *additionibus ad Zanch. tract. de heret. c. 8. litt. F. verb. processum. vers. si quis an ante torturam.* Farin. *de heresi. q. 186. num. 86.* Molin. *de iustitia tract. 5. disp. 28. numer. 11.* Secus verò dicendum videret, si testis torquendus esset, quia

tunc nulla videretur processus communicatio necessaria, cum vnus sine alio procedere possit. sic Pegna Farinacius, & Molin. *supra.* & Decianus *tract. crim. lib. 5. cap. 21. num. 23.* Hodie tamen præcipue in Hispania tota hæc communicatio processum cessat, liquidum solum Inquisitores processum faciunt, & illis factis vocant ordinarios, illisque eos ostendunt, & ex illis sententiam simul cum Inquisitore profertur, quod vbiq; seruati conuenit, vt bene dixit Pegna 3. *part. quest. 52. comm. 101.* Molin. *disp. 28. num. 14. fine.*

8 Tertio inferitur ex *supradict. Clement. 1.* non posse Inquisitorem sine ordinario, neque ordinariu sine Inquisitore, etiam quocumque illorum solo procedente, duro tradere reum carceri, sine arcto, qui magis ad penam, quam ad custodiam videatur: ex cuius prohibitione non sequitur reum inclusum in carcere secuto à fuga expositum tamè aliorum communicationi non posse in alium stricte, & durum carcerem mutari: tunc enim non ad penam mutatur, sed ad debitam, rationabilemque custodiam: sic alius relatis docet Farinac. *quest. 186. n. 75.* clarius Molin. *de iust. tr. 5. disp. 28. n. 13. vers. mihi verò.*

9 Quarto inferitur non posse Inquisitorem sine Episcopo dicecesano, aut eius officiali, vel episcopali Sede vacante Capituli super hoc delegato, aut eontra reum tormentis subicere, aut condemnare: quod si secus fiat, nullum est, & irritum ipse iure: sic expressè in *dict. Clement. 1.* Ex quo plures Doctores inferunt, si in tali tormento reus confiteatur confessionem sic factam illi non nocere, quia est extorta contra iuris ordinem, & proinde nullius momenti, etiam si ratificata fuerit: sic alios referens docet Farinacius *de heresi. q. 186. n. 71. C. 72.*

10 Quinto inferitur non posse Inquisitorem sine Episcopi consensu vel eo abente sine consensu vicarij priuare hereticum beneficiis, & dignitatibus Ecclesiasticis ante hæresim possessis. Probo, tum quia est quædam hæretici condemnatio, & præter impositio, quæ ex *dict. Clement. 1.* fieri non potest ab Inquisitore solo tum quia expressè id canetur in *cap. vt commissi de heret. in 6. vbi priuati de preterea, vel priuati nunciandi dignitatibus aut aliis beneficiis Ecclesiasticis dicecesanorum, vel eius abscipitibus vicariarum suorum consilio* & notatur ibi glossa Archid. Germanian. & alij, quos refert, & sequitur Farin. *q. 186. n. 77. Simancas cathol. in sit. tit. 46. rub. de pænis. n. 71.* Sanchez *tract. de heret. cap. 18. n. 6.* Dixi non posse inquisitorem sine Episcopo, aut eius vicarij consilio hæreticum dignitatibus Ecclesiasticis priuare: nam si dignitates seculares sint, glossa in *dict. cap. vt commissi* & Archidiaconus *n. 4.* Farinacius *n. 78.* Decianus *tract. crim. lib. 5. cap. 21. num. 19.* existimant nullum esse necessarium Episcopi consilium. Ad credo hoc intelligendum esse, non esse necessarium ex vi, & dispositione *dict. cap. vt commissi*, in quo solum consilium, non consensus videtur requisitus. Verum ex *dicta Clement. 1. C. de heret. c. per hoc, de heretico in 6.* non solum consilium, sed consensus Episcopi requisitus est ad quælibet hæretici priuationem factam ab inquisitore, cum ibidem expressè canetur non posse contra hæreticum sententiam proferri nisi dicecesano requisito.

11 Sextò inferitur, obligatum esse inquisitorem requirere Episcopum, vel eontra quoties vnus sine alio procedere non potest: sic habetur in *dict. Clement. 1.* Hæc autem requisitiõ semel tantum faciendâ est, quia ibi non canetur pluries esse faciendam: neque oportet in requisitione exprimere, vt intra octo dies compareat, cum hoc tempus ab ipso iure sit præscriptum, quod currit à puncto requisitionis: sic glossa in *dicta Clement. verbo requisierunt*, & ibi Ioan. de Imola *n. 12.* Cardinal. Zabarella *§. duro. n. 11. in 19. quest. Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 29. n. 6. vers. sed sufficit.* Farinac. *q. 186. à num. 98. C. segg.* Vmbert. *Locat. in iudic. inquisit. verbo expectare. vers. sufficit.* Campeg. in *addit. ad Zanch. tract. de heret. c. 8. litt. D. in verb. strigere. vers. C. sufficit semel.* Item hæc requisitiõ fieri potest vel per nuntium, vel per epistolam, & ad domum, quia in iure non est forma præscripta. Ergo quælibet sufficit ita Vmbert. *Locat. Campeg. Decian. & Farinacius supra.* vbi *n. 106.* cum Bonifacio Vitali, affirmat requisitum debere accedere ad locum, vbi est requisitus, & processus formatus, secus si vterque diuisim processerit: quia tunc communis locus eligendus est, nisi obster processus: & placet. In Hispania autem semper Episcopus, vel eius officialis ad tribunal inquisitionis accedit requisitus quia (vt dixi) solum Inquisitores processum faciunt. Quòd si Episcopus requisitus ab Inquisitore, vel eontra Inquisitor requisitus ab Episcopo (vbi Episcopi independenter ab Inquisitoribus procedunt) noluerit, vel non potuerit conuenire, poterit vnus alteri committere vices suas, vel suam significare per literas consilium, & consilium: sic in *dicta Clem.* Notanda est dictio delinquenti, vel: non enim dixit Pontifex requisitum committere posse reus, sed vnus ex illis posse; quia id sufficit, & vno communicato alterum superfluum: ad quod enim vices deseruiunt, si consilium, & consilium significat. Item quia nemini videtur concessum per se, & per alium in causa procedere: si autem requisitus, & vices committere possit reus, & simul præstare consilium, & consilium, & per se ratione consilij, & per alium ex delegatione facta procederet: atque ad quæsi duplici voto. Ergo dicendum

tenendum est unum tantum ex illis posse: sic glossa in d. Clement. verbo confusum quam immerito impugnatur Bonifac. de Vital. n. 70. Farinacius q. 186. n. 107.

12. Verum si requisitus non poterit, aut noluerit convenire de insuper vices suas intra octo dies a puncto requisitionis alicui non commiserit, aut suum consilium, & consensum non significaverit eo ipso requirens poterit ad sententiam procedere, ex *supradicta Clement.* ubi notant *verbo confusum, in fine, Ancharan, num. 4. Imola num. 13. Bonifacius Vitalinis n. 55. 63. q. 70. Zabarella n. 11. & alij, quos refert, & sequitur Farinac. q. 186. num. 108.* Limitant tamen aliqui, nisi impotentia conveniendi, vel significandi consilium ex infirmitate proveniat, sic Bonifacius de Vitalinis *dicta Clement. 1. num. 75. vers. si propter infirmitatem.* Farinacius *dict. q. 186. num. 97.* At talis limitatio mihi non probatur, sicut nec reliquis Doctoribus; cum tamen in *dicta Clement.* dixerit procedere posse requirentem, si requisitus intra octo dies non poterit, aut noluerit convenire. Cum ergo hæc facultas sit in favorem fidei, & pro causâ reorum citius expediantur ex quacumque causâ impotentia proveniat, concedenda est concessa. Adde textum generatim dixisse: si non poterit convenire, vel consensum significare: &c. Cur ergo de impotentia ob absentiam intelligi debet, & non de impotentia ob infirmitatem? Quod si transactis illis octo diebus requisitus conveniat, vel consensum præbeat, aut vices committat, si res sit integra admitti debet: sic ex Anchar. & Zabarella docet Farinac. num. 110. quia terminus ille non ad excludendum requisitum, sed utique iudicandi one priandum concessus est, sed ne fidei negotium impediatur, si requirens procedere solus non possit: quod tamen non impeditur ex eo quod requisitus admittatur, etiam lata sententia non est. At si requisitus conveniat lata iam sententia, non poterit præstare suum consensum, aut vices committere: quia non debet iterum causa iudicari, cum verè, & firmè iudicata sit, sic post Ancharan. Ioan. de Imola, & Zabarel. in *dicta Clement.* tenet Farinacius n. 111. Squalliscen. *tract. de fidei carib. cap. 40. sub n. 1.* Repert. Inquisit. verbo Inquisitor, sub. *ver. in quibus possit procedere Inquisitor. post princip.*

13. Advertendum tamen est obligationem in Inquisitore requirendi Episcopum, & e contra procedere, quando requisitus haberi potest; si secus verò si haberi non possit. iuxta textum in *dicta Clement.* ibi: *si sui ad iniuicem copiam habere valeant.* Dicitur autem copia requisiti non haberi, si fuerit absens extra provinciam, vel discretus, nullo relicto delegato. sic Bonifac. de Vitalinis in *d. Clement. 1. n. 65.* imò etiam intra ipsam diocesim non remoratus ab Inquisitore esse potest, vel merito dici possit illius copiam haberi non posse. Quocirca arbitrio prudentis hoc mensurandum est, ut tradit Vmbert. Locat. in *ind. inquisit. verbo expellere* *vers. idem fiat* Farinacius alios referens q. 186. n. 86. An autem in illo casu requirendum sit Capitulum? non caret difficultate, quia videtur esse quasi sedes vacans. At omnino tenendum est requiri non debere, quia solum requirendus est Capitulum, seu (ut melius dicam) delegatus solus Sede vacante aut quasi. Ex sola remota absentia extra diocesim non est Sedes iudicanda, ut de se conlat, neque etiam est quasi vacans, cum hæc solum contingit ex captivitate Prælati, aut quando pro Episcopo non sunt litteræ expeditæ. Ergo sic Ioan. de Imola *dict. Clement. 1. de heret. n. 14. vers. si autem Bonifacius Vitalin. n. 65. q. 75.* Cardin. Zabarella n. 11. in 14. q. Vmbert. Locat. in *ind. inquisit. verbo expellere, vers. si autem.* Farinacius *quasi. 186. num. 95.*

14. Secundo est advertendum in Hispania nullum hæreticum hæretico seculari relaxari posse, etiam consentientibus Inquisitoribus, & Episcopis, nisi consulto supremo Inquisitore, cuiusque Sententia, ut habetur in quadam Madriliiana instructione edita anno 1561. cap. 66. relata à Pegna 3. *part. direct. quasi. 50. comm. 98.* & à Molin. *tract. 5. de iust. disp. 28. num. 14. circa finem.* ibi cum dicitur. Verumtamen in causis graüissimis non debent vota Inquisitorum, ordinarij, & consultiorem executioni mandari, etiam si fuerint conformia in consulto Senatu, & solutum est, & iustum fieri. Causa autem graüissima merito reputatur aliquem vota priari.

15. Sed quid faciendum, cum Inquisitor, & ordinarius concordant in his, ad quæ uterque simul concurrere debent? Respondet, spectato iure communi Pontifex est consulendus, quæ causa cum sum. astita informatione est remittenda; iuxta dictum textum in e. per hoc, de heret. in 6. ubi, in qua (scilicet sententia) ferenda, si non conveniant, per utroque negotium Inquisitor instructum ad Sedem Apostolicam remittatur. Et licet Inquisitor dictus solum loquatur de sententia diffinitiva causa est, quia illo tempore solum ad diffinitivam sententiam convenire tenebantur Inquisitor, & Episcopus. At cum ex *Clement. 1.* non solum ad diffinitivam sententiam, sed etiam ad interlocutoriam torturæ condemnationis in penam mancipationis, ut dicitur in carcere ad cathedram interquisiti, & ad penam destinationis uterque concurrere efficitur sanè, si in aliquo ex his dicitur Episcopus, & Inquisitor, Pontifici esse causam remittendam, sic Molin. *tract. 5. de iust. disp. 28. num. 14.* Emeric. *quasi. 50.* & Pegna *ibi, comment. 99. vers. iam illud.* Farinacius pluribus comprobans *quasi. 186. n. 64.* In Hispania autem causa

Erd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

remittitur Inquisitori generali, & eius Senatui, & prout ipsi videntur, executioni mandatur: sic relati Doctores. Quod sine speciali commissione Sedis Apostolicæ fieri nequit, ob præiudicium ordinariorum, ut bene aduertit Molin. *supra illo n. 14. sine.* restaturque se à fide dignis accepisse, esse in hac parte à Sede Apostolica privilegium concessum.

16. Triplex tamen restat examinanda difficultas. Prima, an Inquisitor sine Episcopo, vel e contra possit suspectum vehementer de hæresi cogere aburrare? Et quidem in Hispania manifestè constat id fieri non posse, sed ordinarium ab Inquisitore esse vocandum. At attentio iure communi fieri posse affirmat Camppeg. in *addit. ad Zanch. tract. de heret. c. 8. litt. E. verb. definitivam,* & in puncto iuris affirmat Pegna *loc. infra allegatis,* veriotem esse hanc sententiam. Neque fundamento delituit, quia hæc abiuratio non est contra reum, sed pro reo, cum ratione illius suspicionem punget, & Ecclesiæ rei incorporabit. Cæterum omnino dicendum est, minime posse à solo Inquisitore, sine Episcopo, vel e contra fieri abiurationem. Primum, quia hæc abiuratio ignominiosa est delinquenti, cuiusque constat quidem, illumque reddidit obnoxium morti, si in crimen abiuratum incidat. Ergo reputari debet graüissima pena, quam delinquentes vitare conantur, potius quam torturam. Sed reum condemnare ad penam non licet Inquisitori sine Episcopo, Ergo neque licet ad hanc abiurationem. Secundo, quia abiuratio esse non sit contra reum qua parte per illum pugnat suspicionem: est tamen contra illum, quatenus infamem, & penæ relapsi subiectum reddit: sicut tortura non est contra reum, qua parte per illum purgat indicia, est tamen contra illum, quatenus dolorem infert. Esse autem hoc modo contra reum sufficit, ut non possit Inquisitor sine Episcopo, vel e contra in tortura imponenda procedere. Ergo etiam sufficit, ut non possit purgationem, abiurationemque indicere: sic docuit ut tutius, & iocutus, & in praxi magis receptum cum Eymen. Pegna 3. *part. direct. de secundo modo terminandi processum fidei, n. 144. vers. circa istam, c. 9. q. 8. com. 97. vers. an autem Farinacius per hoc relatis q. 186. n. 79. Azor. 1. p. 1. c. 18. q. 16. Paramus de origine sanctæ Inquisitionis, l. 3. q. 4. rub. de expeditione processus in causis fidei, n. 2. Molin. *tract. 5. de iust. disp. 28. n. 16. vers. idem dicendum.**

17. Ex his inferitur à fortiori, nequaquam posse Inquisitorem sine Episcopo, vel eius delegato hæretico penitenti abiurationem indicere, quia hæc abiuratio indicitur per sententiam, qua declaratur reum hæreticum fuisse, simulque ex vi illius omnia bona confiscantur, & subiectus redditur morti, si relabatur, quæ omnia graüissima penæ sunt, ideoque non debent Inquisitores sine Episcopo, neque Episcopus sine Inquisitore procedere. Excipit tamen ab hac doctrina Molin. *dict. disp. 28. n. 16. vers. idem dicendum,* cum qui captus à Martir Mahometanæ hæresim professus fuit, & aufugit, & sponte ad tribunal sanctæ Inquisitionis accedit delicta manifestans, & penitentiam exposcullans. Hunc ergo dicit posse ab Inquisitoribus absque ordinario reconciliatum, quia secretò reconciliatur, hæresique abiuratum quia nulla est dubitatio hunc ad reconciliatorem esse admittendum, quæ videtur esse causâ, ob quam præsentia ordinaria exposcullatur: & ita restatur Lustanæ vidisse quemdam captivum redeuntem ad fidem se abiurasse. Cæterum neque hæc exceptio mihi probatur. Nam verè hic abiurans subditur penæ mortis, si relabatur, declaraturque in excommunicationem incidisse, cuiusque bona sisco esse addicta. Cum ergo hæc omnia penæ sint graüissima, non debent ab Inquisitoribus tantum imponi. Et ratio omnium est, quia in *supradict. e. per hoc, c. d. Clement. 1.* prohibetur, ne Inquisitores ad sententiam contra reos procedant sine Episcopis neque Episcopi sine Inquisitoribus. At hæc indicta abiuratio est non sit coram populo, sed solum in tribunalij, est sententia contra reum, si quidem illum excommunicatum declarat, & penis hæretici subiectum. Ergo non potest ab vno sine alio profertur. Quapropter nullus alius Doctor hanc exceptionem appositur: Neque valet dicere certum, & indubitatum esse talem reum ad reconciliatorem esse admittendum, ut inde dicamus non debere Inquisitorem requirere Episcopum. Nam etiam est certum penitentem hæreticum publicum ad reconciliatorem admitti debere; neque tamen inde fit posse sine Episcopo ab Inquisitore admitti.

18. Sed quid dicendum, si de facto contingeret Episcopum sine Inquisitore, aut Inquisitorem sine Episcopo reum ad abiurationem cogere, talis sic abiurans maneret ne subiectus penæ relapsi? Affirmat Pegna 3. *part. direct. quasi. 47. comment. 97. vers. rursus dico;* quia nullibi cautum est hanc abiurationem factam coram solo Inquisitore, vel Episcopo nullam esse, etiam si cautum sit fieri non debere coram vno solo. Nihilominus contrarium reputo probabilius, quia in *disp. Clement. 1. de hereticis, §. duro,* postquam Pontifex dixerat non posse Inquisitorem absque ordinario, vel e contra ad sententiam contra reos procedere, concludit: *non valet, c. si secus presumpsit fuerit, irritum sit, c. inane.* Sed id quod irritum, & inane est, nullum præstat effectum. Ergo hæc abiurationis sententia non subicit reum obnoxium penæ relapsi, qui est effectus legitimæ abiurationis.

DE
STR
ALAC
TONI
H
H

19 Secunda difficultas est an sententiam diffinitivam, qua reus absoluitur, vel interlocutoriam, quæ vim sententia diffinitivæ habet, qua similiter reus absoluitur a tortura, vel alio actu, & poena possit Inquisitor sine Episcopo, vel eius delegato, aut contra profere? Certum est in Hispania id fieri non posse, quia ita cautur in instructionibus datis particularibus Inquisitoribus quas ipsi observare tenentur, eo quod iuxta illas iurisdictione ab Inquisitore generali conceditur sic Simancas *catol. instr. tit. 3. rubr. de absolutioib. n. 9. & in enchirid. viol. relig. tit. 5. 1. rub. de absol. n. 2.* At spectato iure communi aliqua maior est dubitatio. Simancas *locis allegatis*, negatio fieri posse Rojas *singul. 27. n. 7.* Ymbert. *Locat. post iudic. Inquisit. questione 29.* vbi dicit hanc esse æquiorum opinionem licet contrariâ vetiorem. Quintil. *Mandol. in addit ad Repert. Inquisit. verbo Inquisit. litt. C.* Carerius *tract. de hereticis. n. 72.* Læus Zechus *summ. 1. part. tit. de fide, cap. 1. rub. de heresi. n. 14. post princ. Ioan. Azor. 1. part. lib. 8. cap. 18. q. 16.* dicit hanc effectivorem, æquiorémque opinionem, licet contrariâ sit magis iuri conformis. Fundamentum esse potest, quia antequam Inquisitor proferat contra teum sententiam, debet Episcopum requirere, & inter se communicare processum; & examinare an reus sit condemnandus, vel absolvendus. Ergo assentia utriusque non tam est pro actu sententiæ, quam pro antecedentiâ ipsam, ne aliquis error committatur absolvendo eum, qui forte damnari debet, & condemnando eum, qui debet absolvi. Ergo nullo modo licet Inquisitori ad absolutoriam sententiam procedere ipso iure iusto. Secundo, si valida esset sententia diffinitiva, qua solus Inquisitor teum absolute absoluit, aut qua absoluit a tortura, cum inter se conveniunt de reo condemnando, vel absolvendo, & discordant, causa non debet remitti Pontifici, contra textum in *e. per hoc* fed. absolutoria prævalere debebat, vtpote quæ non est contra rem. Propter hæc censio hanc sententiam in praxi servandam omnino esse quam sic reputat servandam Pegna *direct. 3. p. 4. 48. comm. 97. vers. ex his omnibus*, licet contrariam sententiam in punctu iuris vetiorem esse asserat.

20 At qua negari non potest contrariam sententiam communem esse, & à gravissimis Doctoribus approbatam, placet eorum fundamentum referre, quod sic se habet. A iure antiquo recedendum non est, nisi in quantum iure nouo expressè correctum inuenitur. *I. sanctimus, C. de testam. n. l. pr. incipimus, de appellat. authent. de non alien. aut permut. rebus Ecclesiast. s. fin. e. cap. ad nostram, de regular.* At iure antiquo indubitatum est Episcopum se solo posse totum negotium fidei definire. Ergo etiam poterit iure nouo, dum non inueniatur expressè prohibitum. Sed in iure nouo non inuenitur Inquisitori, neque Episcopo prohiberi absolutoriam sententiam proferre, sed solum condemnatoriam. Solum enim prohibentur proferre sententiam contra reos, vt constat ex *dicta Clement. 1. ibi, neque ad sententiam procedere contra eos.* Ergo pro reo bene poterit quilibet sententiam absolutoriam proferre. Et confirmat. Ratio ob quam in *dicta Clement.* prohibetur furo Inquisitori sine Episcopo, & Episcopo sine Inquisitore, reos duto carere tradere, tormentis exponere, contra reos sententiam ferre, fuit satisfacere querelæ multorum, de molestiis, & vexationibus factis ab Inquisitoribus prætextu Inquisitionis officij, in cuius exercitio metas iurisdictionis sibi committunt, & excedunt. At hæc satisfactio omnino cessat, cum reus absoluitur, neque enim de absoluteione fuit querimonia facta, sed de condemnatione iniusta. Ergo hæc debemus dispositioni iuris antiqui cõcedentis eumlibet independenter ab alio posse procedere. Deinde, quia argumentu à cõtrario non est leue in iure, quando contrariâ dispositioni iuris antiqui cõforme est. In dictis autè text. *per hoc. & Clement. 1. multorū de heret.* solum prohiberi inuenitur Inquisitori ferre contra reos sententiâ sine Episcopo. Ergo tacite concedit pro eis ferri. Ad idem est argumentum desumptū ex scripto Viani IV. incipiente, *Pro curia s. si vero & Clement. 7. incipiente. Cum sicut.* quorum meminit Pegna *loco allegato*, vbi inquit Pontifex: Contra huiusmodi exemptos vsque ad sententiâ diffinitivam, ad quam ferendam, si fuerit cõlemnatoria, cum cõsensu ordinarij procedatis. Tacite ergo inuenit, si absolutoria foret, cõsensu ordinarij nõ requiri. Neque in contrariū vrget text. in *e. per hoc, de heret. in 6.* vbi absolute cautur de quilibet sententia danda per Episcopum & Inquisitorem, simul proferri debere. Non, inquam, obstat: nam licet ille textus loquitur tam de sententia contra reos, quam pro reo; tamen in casu speciali, scilicet cum Inquisitor, & Episcopus diuim procedant, in quo si vnus alteri non desit, statuit Pontifex, vt simul per vtroque sententia proferatur. Ergo cum aliquis illorum solus procedit *ex suprad. cap.* non tenetur neque processum alteri cõmunicare, neque ad sententiam proferendam illum vocare. Ex dicta autem Clementina 1. solum tenetur, quando aduersus reos procedit. Ergo si in illorum fauorem sententiam proferat, vocare dicebanum non tenetur: & ita docent pluribus relatis cum glossa in *dicta Clement.* Eymet, & Pegna *3. part. direct. q. 48. comm. 97.* Luitus Clarus *tract. crim. s. heresis, num. 5. vers. sed quis in fine* Farinacius *qua. s. 186. num. 60.* Ludouic. Molin. *tract. s. de iust. disp. 28. num. 15.*

Fateor fundamentum efficax esse, sed non ob illud recedendum esse à sententia negante posse Inquisitorem sine Episcopo, vel vice versa reos absolueri. Quia licet textus de sola sententia condemnatoria expressè loquatur; indirectè tamen loquitur de quilibet sententia ob communicationem, & examinationem processus sententiæ prærequiritam.

21 Tertia difficultas est, an penitentia carceris, tritennis portationis vestis cruce signate imposita ab Inquisitore, & dicecesano simul possit à quolibet illorū mutari, & relaxari? Hinc difficultati antecedenti disp. satisfecimus, ibi enim relaxandus iure communi spectato vtrumque simul debere concurrere, *ex cap. vt commissi, de heret. in 6.* Aliâ frustra vtriusque auctoritas in illius impositione expolularetur, si quilibet postea relaxare, & occasio daretur fraudi, cum quilibet consentire posset condemnationi, quam reputat iniustam, sub prætextu, quod statim eam reuocare, aut mutare poterit, nihique in hac parte firmū esset, & ita vtra Doctores ibidem relatos pluribus sumat Farinacius *q. 186. num. 76.* In Hispania autem ex speciali summi Pontificis priuilegio (vt credendum est) solus Inquisitor generalis mutandi, & relaxandi penitentias delinquentibus impositas facultatem habet, vt testatur Farinacius *supra.* & Simancas *catol. instr. tit. 16. rubr. de custodia reorum, num. 20.*

PUNCTVM XIV.

Qua ratione index sæcularis se gerere debeat in causa hæresis.

- 1 Statuitur forma præscripta à Bonifacio VIII.
- 2 Index sæcularis in cognitione huius criminis nulla ratione se introrittere potest.
- 3 Non potest Princeps sæcularis statuta cõcedere quibus hoc crimen puniatur, si aliquo modo contraria sint legibus Ecclesiasticis.
- 4 Bene tamè si augeat, & promouat modū procedendi Ecclesiæ.
- 5 Non possunt iudices laici examinare causas, & processus illorum qui sibi relaxantur a iudicibus fidei.
- 6 Tenentur morte afficere reos sibi puniendos traditos.
- 7 Sed quid reum falso condemnatum agnoscat? Sub distinctione respondetur. Si absque examinatione processus cognoscatur: (quod raro fieri potest) supersedere debet. Secus si indiget processu examinatione.
- 8 Proponuntur aliquæ obiectiones, quæ difficilem reddunt superiorem doctrinam.
- 9 Index laicus si vocetur ab Inquisitore pro reo capiendū, tenetur auxilium præstare.
- 10 Index sæcularis reuocens obediens, aut sententiam ab Inquisitore prolatis omittens exequi, cogendus est cõmunicacione, aliisque penis.

1 Primè traditur à Bonifacio VIII. in cap. vt inquisitione de heret. in 6. vbi in primis approbat leges Federici Romanorum Imperatoris in deuotionem Romanæ Ecclesiæ promulgatas, quatenus Dei, & Ecclesiæ sanctæ suæ honorem promouent: & hæreticorum exterminium proficiunt, & statuta canonicis non obstat. Secundo vniuersas sæculi potestates, & dominos temporales monet Inquisitoribus, & ipsi parere in investigatione, capturaque hæreticorum. Tertio mandat prædictis potestatibus, vt condemnatos ab Episcopo, vel Inquisitore libere relaxent, sine dilatione, anmaduersione, debite puniendos, remota quolibet appellatione, vel proclamatione. Quarto prohibet districtius ne de hoc crimine, vtpote Ecclesiastico cognoscant, nève delinquentes à carcere liberent, nève condemnatoriam sententiam recitent, Quod si contra prædicta præsumpserint, excommunicatione innotantur, etsi in illa per annum steterint, tanquam hæretici sunt condemnandi.

2 Ex hac decisione inferitur primò, sæcularem iudicem in cognitione huius criminis vtpote Ecclesiastici, nulla ratione, neque directè, neque indirectè se introrittere posse, vt expressè definitum fuit in cap. vt inquisitione ibi. *Prohibemus ne ipsi de hoc crimine (cum merè sit Ecclesiasticum) quoquo modo cognoscant, vel iudicent.* Notanda sunt verba, quoquo modo, quæ omnem cognitionem etiam incidentem excludunt, vt dixi glossa ibi, & Ioan. Andr. *col. fin. in fine* Geminian. n. 4. Parisius *con. 4. n. 107. lib. 4.* Farinacius *q. 186. n. 154.* Simancas *catol. instr. tit. 36. rubr. de iud. cibis secularibus, n. 1. & in enchirid. viol. relig. tit. 66. rubr. de iudicibus secularibus num. 1.*

3 Secundo inferitur non posse Principes, iudicisque sæculares statuta cõcedere, quibus præscribitur modus procedendi, vel puniendi hoc crimine, si diuersus est ab eo, quem Ecclesiæ oblat; quia hoc esset de crimine cognoscere, & talè introrittere in auctoritatem melleam: quodque expressè prohibetur in cap. statum unitatis de heret. in 6. Deinde quia prædictè modū procedendi in crimine hæresis ad iurisdictionem Ecclesiasticam pertinet, cum crimen sit Ecclesiasticum. Ergo nequaquam licet iudicibus sæcularibus statuta cõcedere, quibus talis modus procedendi præscribat. Adde statuta laicorū concernentia Ecclesiasticam iurisdictionem, nulla sunt, nulliusque effectus, dum à Romano Pontifice